SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal San Gemini Preservation Studies
e l'Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Ser Ioes Christophorus Clarus unus ex numero Conciliarior, uir grauis, et rerum experientia plurima ualens sup primo dixit, q Mag.ci D. P. mittant ad Illi consulendu de hac re Doctores una cum Aurelio Fatibono, si Coitas nra tenet observar capitula facta de panattaria, et datoq opporteret obseruar, sententia Doctoz monstret Ill.mis Dnis Patronis mittendo ad eos oratore toties, quoties opus fuerit; et insuper uideat Narniq, et Interamnq capitula facta à dictis ciuitatibus eoz Panificis, et dicta capitula regrat, et Portent Ill.mis Dnis Patronis Romam; et interim Panattariq Conductor teneat facere panem uenalem; sed si à Doctoribus senteta dabit cotra Aureliu Conductorem Panattariq, ipse teneat, et debeat iure datq sententiq exercere dictam panattariam, et facer pane uenalem. Quod uictu fuit uiua oium uoce.

Dominus Virgilius Confeidus Doctor eximius, et facundia insignitus, accepto prius iuramento de fideliter cosulendo, cathedra ascendens, sup secundo dixit, q Mag.ci Dni Priores una cum his ciuibus v3, Dno Iacobo: Philippo Milanesio: Capitaneo Rutilio Rosmarino: Comite Andrea, et Ser Dario Moricotto authoritate habeant adiungere aliqua mercedem R.do M.ro Tullio Narniensi Nro Concionatori, prout eis uidebit: Quod Decretu ductum ad suffragioz sortem, uictum fuit uigintiquinq suffragatibus, et tresdecim refragatibus minime obstantibus.

Idem sup 4.o dixit, q Mag.ci D. P. faciant bullectam Hieronymo Cassio p calce, uendita Coitati tempore prioratus Ser Iois Baptistq Granorij. Quod uictu fuit uiua oium uoce.

Idem sup 5.o dixit, q Franciscotto Fadulfo cocedat posse facer cancellos iuxta domu, et sine aliquo cardine in muro deficio, qui cancelli inde remoueri possint ad arbitrium Dnoz Prioz; et q ipse Franciscottus intra dictos cacellos no possit facere ortum, nec aliqd ibidem plantare. Quod uictum fuit uiua oium uoce.

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 39, c. 240 v.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di Stroncone,TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di Stroncone, TR